



## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Secunda Conclusio. Futura in seipsis Dæmones nequaquam cognoscere possunt, nisi ab Angelis bonis reuelentur, vt dictum est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

ut ex locis sacræ Scripturæ probatur. Isaïæ 41.  
**A**nnunciate, quæ ventura sunt in futurum, &  
 sciemus: quia Dij estis vos. & 45. suam pro-  
 phetiam diuinam esse probat. Hæc dicit Do-  
 minus sanctus Israël, plastes eius: ventura in-  
 terrogate me. Sap. 8. Signa & monstra scit, an-  
 tequam fiant, & euentus temporum & secu-  
 lorum.

*Secunda Conclusio. Futura in seipsis  
 Dæmones nequaquam cognoscere possunt,  
 nisi ab Angelis boni eis reuelentur, ut di-  
 catum est.*

**C**ONSTAT ex prima Conclusione. *Futura*  
 enim sic prædicere, spectat ad Deum: Er-  
 gò non competit Dæmonibus. Et sic Dæmo-  
 nes quando prædicunt huiusmodi futura cō-  
 tingentia, fallunt & mentiuntur. Sic 3. Reg. 22.  
 cap. Prophetæ Baal mentiti sunt Achab Regi  
 Israël. Aliquando etiam prædicunt Dæmones  
 futura, quæ ipsi facturi sunt. Aliquando intel-  
 ligunt etiam ab alijs hominibus, quæ facere  
 intendunt, & suis magis vel maleficis, quinec  
 rei cognitionem habent, prædicunt. Sic cui-  
 dam Annæ ex S. Medardo sub iurisdictione  
 Monasterij S. Matthiæ, extra muros Treuren-  
 ses, quæ mortis sententiam & executionem re-  
 cepit Anno Domini 1590. II. Augusti, compre-  
 hensionem suam, & incinerationem futuram

præ-

prædixit proprius magisterulus. Cui mulier respondit: Miserabilis Dæmon, huius rei tu caussam dedisti. Iterum Dæmon: Tibi facio, sicut tuisimilibus.

**Tertia Conclusio.** *Futura, quæ habent caussam necessariò determinatam & infallibilem, ad eorum esse producendum, Dæmones naturali cognitione cognoscere possunt.*

**H**AEC Conclusio constat ex d. cap. Scien- dum: & communi sententia Doctorum: & Ratio est: Huiusmodi futura habent esse in suis caussis necessariò determinatis, quod quidem esse cùm sit determinatum, infallibile & necessarium, certò potest cognosci. Quia Philosophiæ est pronunciatum: Sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci. Sic multò certius quo- cunque Astrologo eclipses, & planetarum coniunctiones prædicere Dæmones possunt. Quia rectius caussas talium effectuum cog- noscunt.

**Quarta Conclusio.** *Futura, quæ ha- bent caussam, ut plurimum determinatam, sed fallibilem, cognoscuntur certa quadam conjecturali cognitione, sed non infallibili, à Dæmonibus.*

RATIO: